



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Specvlvm Ivventvtis, Sive Insigniores Pveritiæ Atqve
Adolescentiae Sanctorvm**

Bosendorf, Hermann

Monasterii VVestphalorvm, 1615

Cunibertus Episc. Colonien. 12. Nouemb.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42900

*Diuinitus
estenditur
eius inno-
centia.*

*Rex illum
in filium
adoptat.*

meriti puerilis illa simplicitas haberetur. Qua-
dam enim nocte dum perugil Rex in lecto
quiesceret, vidi subito locum illum ubi san-
ctus puer dormiebat magno lumine resplen-
dere, & futura pueri facta cælesti præfigio de-
notari. Manè igitur Rex miraculi nouitate
perterritus, magnum futuræ sanctitatis argu-
mentum intellexit. Itaque accitum ad se pue-
rum solito familiarius allocutus est, & adop-
tatum sibi in filij locum, dulci amplexu ex-
osculans, illustri coram omnibus testimonio
pueri innocentiam prædicauit. Exin igitur li-
teris apprimè eruditus ad Ecclesiasticos ho-
nores licet inuitus promotus est, quos excel-
lentibus illustravit meritis, & congruentibus
adornare curauit obsequijs. Itaq; auctus bene-
dictione cælesti à Treuirorum Archiepisco-
po, Archidiaconatus officio sublimatus est.
Vbi mirum quantum in Dei opere feruens,
vitamq; hanc quodammodo exosus, solum a-
nimarum lucrum ob oculos sibi statuebat: v-
nicè huic rei intentus, vt plurimos Christo lu-
crifaceret.

*PVERITIA S. MACLOVII EPISCOPI
& Confess. ex ea quam scripsit Siegbertus
Gemblacensis. 15. Nouemb.*

Sur. Tom. 6.

MAclovius in Britannia claris parentibus
natus, ab ipsis infantiae annis occupa-
tionis secularis vanitatis renunciauit, & Chri-
stianæ

stianæ libertatis suavi iugo, lubens se subdidit.
Vtq; vero plenius diuinæ sapientiæ ipsiusque
Dei cognitionē hauriret: arctius se sacrarum
scripturarum studijs inuoluit, sicq; præclara
exercitatione mentis & otia propulsabat, &
Deum perfectius contemplabatur, & futuræ
fructus gloriæ, felici bonorū operum semen-
te cumulatiorem faciebat. Desiderabat scien-
tiā, non illam quā animus vanitate inflatus
turgescit, sed quæ charitatis atq; humilitatis
ædificat adminiculis. Accedebat eodem in cō-
primendis affectibus salutaris seueritas, sim-
plici enim vietu vestituq; contentus, corporis
frigora flocci faciebat, indignum ducens di-
stendi ciborum copia, ne qua ratione domina- *Tempe-*
re tur animę suæ, per indulgentiam corporalis *rantia.*
necessitatis, carnis petulantia. Ideo exceptis
his, quæ simplex naturæ expetebat necessitas, *Misericor-*
reliqua omnia in eleemosynas congerebat.
Euafit dein celebris diuino miraculo testata
pueri innocentia. Cum enim ludendi gratia
cum puerulis ad littus maris accessisset, alijsq;
interim ludētibus fortuitò somnum cepisset,
ceteris ob reciprocū maris æstū fuga dilapsis,
solus relinquitur Maclouius iam iam circum-
fusis fluctibus suffocandus. Sed diuina ope p-
tectus, succrescente inter vndas ad summum
vñq; æquoris insula, stupentibus vniuersis, pu-
er multorū saluti natus à præfenti exitio vin-
dicatur. Deinde vero adhuc puerulus pro-
missam mundis cordibus Dei videndi beatitu-

Gg 3

dinem

Virginita-
zem coluit.

dinem sedulo pertractans, ab ipsis pueritie ru-
dimentis, munditiæ semet deuouit operibus.
Volens enim placere Deo corpore iuxta ac
spiritu, elegit omnem ætatem agere in virgi-
nitatis cælibatu. Sicut enim testa recens, quo
semel est imbuta, diu seruat odorem; ita & ei
perutile visum est, rude sui corporis vascu-
lum aptare quamprimum ad sanctificatio-
nem & honorem, ne carnalis desiderij vitia-
retur affectibus. Quod ut expeditius perage-
ret, prompto pectore secundisque parentibus
ad monasticen comigravit. Vbi sub regularis
disciplinæ custodia, tanta præ cæteris obedien-
tiæ promptitudine emicuit: vt ea de re æ-
qualium suorum non paruam toleraret inui-
diā. Præparabatur porro indies ad vberio-
rem sublimis sacerdotij dignitatem: perque
incrementa virtutum eniens ad perfectionis
fastigium, & præclarè memor promissi, casti-
tati conseruandæ præcipuam nauabat operam;
sciens, quia nisi syncerum vas fuerit, quod-
cunq; infunditur acescit. Tum vero pio sœ-
nore talenta gratiæ accepta cōduplicans, quos-
cunque potuit verbo vel exemplo alicere ad
propositum sanctæ conuersationis, socios sibi
ad scandendum perfectionis iter conciuit. Ita-
que temperantia moderationeç; vitæ, ita ad
omnem honestatem examuissim semet com-
posuit, vt ad summum sanctitatis cul-
men feliciter peruolârit.

Castitas.